



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

Quod magnu[m] incitame[n]tu[m] sit custodia cordis, in diuinæ  
p[rae]sentia maiestatis cogitare se semper existere 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

§16 D. DIONYS. CARTH.

humanitatisq; Christi animam exercere: & sic demum ad feruidos diuinæ bonitatis affectus cor leuare, atque ad lucidissimas, inuisibilis, incorporeæ, ac simplicissimæ, diuinitatis contemplationes mentem attollere.

*Quod ad sedulam cordis custodiam,  
per magnum incitamentum sit,  
seria de diuina maiestatis  
præsentia cogitatio.*

Artic. IX.

Diuina præsentia semper in omnibus cogitatis quid efficiat.



Ille est atque peruersum, plus venerari, vel timere hominū vultum, quàm diuinum conspectum. Quo itaq; pacto mi dilectissime frater, audemus Deo spectante cogitare, quod homine audiente non audemus proferre? Denique quomodo non erubescimus ea Deo cōspiciente appetere, quæ corā hominib; confundimur operari vel dicere? Sed & qualiter audemus in diuini vultus præsentia facere, quod honesto aliquo viro præsentem formidamus efficere? Palam est ideo nos ista peragere, quoniam amplius hominem quam Deum honoramus atque metuimus: Sed quid



quid ait altissimus? Ego, inquit, glorificantes me glorifico. Qui vero Deum negligit & spernit, negligetur & spernetur ab eo: quoniam quem ipse despicit, nullus corrigit. Ideo studiosa deuotaque mens, se coram diuino aspectu cogitet semper consistere: omnesq; suas cogitationes, verba, & actus perpendat Deum semper atque ubiq; inspicere, dicens cum sanctissimis Helia & Heliseo: Viuit Dominus, in cuius conspectu sto hodie. Vocetque cum Agar matre Ismaëlis locum omnem in quo fuerit, Dominus videt. Enimvero si in Dei præsentia nos esse perpendimus, eiusq; immensam maiestatem pensamus: cum utique plus quam hominem, aliquem venerari satagemus. Si vero eius contemplerur inflexibilem iustitiam, ac metuendum iudicium, mox utique metuemus, & merito cum timore & tremore nostram operemur salutem, pensantes quam sit horrendum incidere in manus Dei viuentis, qui nec minimum malum impunitum relinquit. Insuper si diuinæ mentis sanctitatem aduertimus, erubescemus coram tam mundissimo ac sanctissimo Deo turpiter agere, & in-

1. Reg. 2.

Eccle. 7.

1. Reg. 17.

4. Reg. 3.

Gen. 16.

Philip. 2.

Hebr. 10.



*Eccle. 12.*

honestè inobedienterque viuere. Quo enim qui offenditur dignior est, eo & culpa grauior est. Cumque Deus incomparabilis & omnino infinite dignitatis existat, culpa omnis qua ei inobedientes sumus, infinitam enormitatem. Est enim auersio ab infinito bono. Denuo, quo aliquis sanctior & iustior est, eo iniustitia atque malitia ei amplius displicent. Deus autem essentialiter sanctus est, & supersubstantialis ac infinita sanctitas atque iustitia: ideoque inestimabiliter ac incomparabiliter ei displicet peccatum, & recessus ab eo. Hinc ergo vehemèter o præcordialissime amice & in Christo dimidium animæ meæ, nos timere oportet, ne tam immensam maiestatem inhonoremus, neque tam infalibilem iustitiam obluiscamur, ne coram tam sancto & mundo Deo, immundè atque iniquè viuamus, sed cū affectu & sollicitudine enitamur, mentem nostram ei semper purā offerre, & dum in cellis soli conquiescimus, eius semper præsentiam cogitemus, diligamus, formidemus ac honoremus, & ipsum nobiscum semper habere conemur, Neque enim longè est ab

vno-

*Act. 17.*




DE VITA SPIRI. 519

vnoquoque nostrum, quoniam in ipso sumus, mouemur & viuim⁹, & ipse omnibus intimus est, cunctaque penetrat. Ipse siquidem de se loquens: Cœlum, ait, & terram ego impleo. Sin autē solitudo nostra misera, erimus. *Hiere. 23.* que infeliliter soli, non feliciter solitarij.

SEQVVTVR SEPTEM  
*feriarum meditationes  
vtilissima.*

*Dominico die meditandum de coelesti  
atque eterna felicitate sanctorum. Articulus. X.*

culus non vidit, nec au *Die domi-*  
ris audiuit neque in cor ho- *nico quid*  
minis ascenderunt, quæ *meditandū.*  
præparauit Deus electis *Esaie 64.*  
suis. Quid enim præparauit beni- *1. Cor. 2.*  
gnissimus Deus diligentibus se nisi  
seipsum? Porro ipse inuisibilis est  
audiri que nequit & comprehendi nō  
valet. Non nobis præparauit creatu-  
ram aliquam seu bonum finitum, sed  
seipsum